



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

x [i.e. i]. Materia Prima datur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

DISSERTATIO TERTIA

De materia prima.

I. **M**ATERIA prima datur ut suppono, cum quotidiè ab agentibus naturalibus multa de novo fiant, v.g. ex ligno ignis, ex igne cinis &c. sed hæc non fiunt ex nihilo; ex nihilo enim nihil fit, ergo ex aliquo subjecto, & hoc est materia prima; dicere hinc, illud, quod ita transit ab una forma ad aliam, esse aliquod mixtum ex quatuor elementis, est admittere aliquod subjectum; insuper, ubi elementa in se invicem convertuntur, v.g. aqua in aërem, ibi saltem pro subjecto communi assignari non potest tale mixtum. Creatur illa à solo Deo; quia si generaretur, non esset subjectum primum: unde etiam est, quod non possit corrupti; corrupti enim in rigore dicitur illud, quod est in subjecto, & quia ex eo pellitur, perit vel etiam est, quod pereunte subjecto perit quoquè, ut compositum. Nequè dicetur materia corruptibilis propter uniones suas integrales corruptibles, sicut homo dicitur absolute corruptibilis propter unionem essentialē, corruptibilem; licet enim sine

b 2

ali-

DIS